

## C A P V T X X V.

*De Potu aquarum sponte nascentium,  
ut ad conseruandam sanitatem,  
seu ad curandos malos af-  
fectus faciunt.*

*Lib. 5. Cont. &**18. & lib. 6.**Cont. 30.**Therme qui-  
bus prospic  
corporibus.**Quæ naturæ  
nostræ sunt  
inimica.**51.  
Pag. 6. in si-  
ne. & 7. in  
principio.  
Therma cordi  
& cerebro  
inimica.*

**V**trum ne aquæ Thermarum, in usum veniat medicinæ, in Contradicentibus declaratum est, sed & in libro de experimentis, quibus conueniant, ut laborantibus præcipue. At hic dicendum est, non solum cui usui sint in sanitatis regimine, sed quibus prospic corporibus, seu secundum naturam, seu aliter male dispositis, nam benè illud dicam, quod omnes sunt violentæ, & simplices, & terreae, & idem humani generi inimicissimæ: Omne enim violentum est naturæ inimicum, secunda Aphorismorum, & rursus omne simplex, quia natura nostra gaudet vietiis, & mistis, ac moderatis, libro de Veteri medicina. Ut verò terrea sunt inimica naturæ nostræ, quæ calida est, & humida, & idem subuertunt naturam, & corruptunt eam totam, inimica omnibus membris naturalibus, nisi vt educunt materiam superfluam, & corrugunt intemperiem membrorum naturalium: cordi autem & cerebro, sunt per se inimica, & plerumq; calidæ replent caput, & cor debilitant. Frigidoru autem, aliquæ sunt venenosæ, & sunt quæ super argentum vivunt transeunt, aut quæ super lutum putridum, & loca serpentum, & exhalationes terræ corruptas. Et sunt aquæ calidæ omnes ab igneo calore, aut si vis etiam à putrido, qui deterior est corruptæ. Si ergo solaris calor aquam vitiat, quanto magis quæ tanto tempore feruet corrupta erit? Et minus male sunt ex plumbō nigro & stibio inde ex albo, & gypso, omnes tamen pernitosæ naturalibus membris, & valde noxae. Post has in quinto ordine sunt, quæ præditæ sunt natura chalcitidis, & spumæ argenti, & calcis. Nam quæ imbutæ sunt auri pigmento, etiam venenosæ sunt, imò præsentaneo, atque adurente, & frigidæ sunt huiusmodi, nam auripigmentum ex igne transit in calcem, aut cinerem: à frigore autem fit venenosius, sexto aluminosæ, bituminosæ, sulphureæ, nitrosæ, hæ omnes ventriculo sunt inimicissimæ, sub quo genere etiam marina collocari debet: sed si minùs ventriculo inimicū, septimò æreæ, vltimò sunt ferreæ, argenteæ, aureæ, quamvis eas reprobauerit Hippocrates: non enim de illis loquitur, quæ viribus sunt tales, sed quæ ibi nascuntur: vnde hæc erui solent. Sunt enim omnes fermè pessimæ, quoniam & sulphur, & hydrargyrum, ibidem abundat. Constat igitur, quod neque temperatis hominibus, neque his qui ex aetate in temperiet deciderunt, neque imbecillibus, neque in leuis morbis, nec habentibus debile iecur, aut ventriculum, nec his quibus meatus non patent: nunquam aqua medicata: imò nulla profusa conueuit, non febricitantibus,

non hydropicis, non habentibus obstructas venas: cum enim retinetur plerunq; ob multitudinem, & prauitatem, interficit. Calidæ verò calidis, & debilia habentibus capita plurimum obsunt, vt etiam antea dixi, & earum usus vitiat vesicam, & renes, & sanguinem, & est medicina rusticorum, nam si corpus euacuent plurimum, & homo robustus sit, magnas utilitates afferunt. Iuuant in intemperiebus etiam humidis, maximè & in calidis, atque etiam frigidis, sed longè minus: tutius enim refrigeratur homo, quod frigus sit priuatio, quædam, quam incalescat medicamentis, & si exhibeantur imbecille habentibus iecur, & cum angustis venis, generat in illo morbos insanabiles, nam calor earum est infidus, & impurus, & cum non prospic, nocent valde: & si iuuant, etiam nocent. Et aquæ suaves, & quæ bibuntur ex fonte proprio, & habentur in usu, nec sumitut magna quantitas, vitam producunt. Omnis autem aquæ Thermarum, aut turbidarum usus, generat lapides in renibus vesica, preparat ad hydropeum, & morbum regium. Et qui incoquunt cibos, in illis multipliciter peccant, corruptunt enim cibos, & aquam simul, & aquæ hæ propriè conferunt magnis cauitatibus, vt ventriculo primùm, inde colo, deinde vtero. Vesicæ non propter periculum lapidis, & virginis, & quando permeant, per vrinam magis refrigerant, aut calefaciunt. Liquet enim vt in Promptuario declarauimus, tria esse genera auxiliorum, quæ afflumunt perniciolorum, aut sub terra natorum: neque enim ullum tutum, nec aurum ipsum, nec gemmæ, nec scio quicquam, quod turò edi possit: sola tubera excepta solent, Deus nouit. Ita thermarum aquæ semper pernitosum, aut omnino contumax afferunt naturæ humanae damnum, nihil enim eorum subigitur.

*Thermarum  
usus malus.**Cap. 7. 2*

## C A P V T X X VI.

*De Irrigationibus.*

**I**rrigationum vis longè maior est ad calefaciendum, vel refrigerandum, lotione ipsa. Debet autem aer esse simillimus humidi, seu calidus, seu frigidus: quoniam in irrigatione adest motus, & aeris interceptio, & aer quidem cum motu penetrat poros, & qualitatem imprimat intus, vnde frigida irrigamus renes, ad illos confirmando: incredibile est quantum præster, procul magnum deducere ad refrigerandum, & eò magis ad calefaciendum. Vnde exponere renes in aqua currente, plurimum conductit ad illos confirmando, & lapidem prohibendum. Et quomodo hæc ex aeris ingressu fiant, satis manifestum est: quid autem ictus præster, supposito quod ad intimam penetraverit, hoc non adeò compertum est: an quoniam ictus diuellat, substantia autem diuulsa, qualitati patet ingressus, & idem propinquitas, & actionis robur, & de calore, ac frigore dubium non est, tum ad illa consequentibus. Verum humidum motu, an humectet, an siccat, dubitatione di-

*Irrigatio lon-  
gè efficacior  
lotione.**Irrigatio fri-  
gida renes  
confirmat.**Dubitatio.**Therme qui-  
bus nocent.**gnum*